CONSTITVTIONES, ET DECRETA SEX PROVINCIALIVM Synodorum Mediolanenſium.

Quas Illuſtriſs. & Reuer. D.D. Carolus Borrhomæus. S.R.E. Tit. S. Praxedis, Presbyter Cardinalis, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archiepiſcopus Mediolani habuit.

Ab Anno Domini MDLXV. vſq; ad annum MDLXXII.
Pio IIII. Pio V. & Gregorio XIII.
Summis Pontificibus.

Hoc volumine, ſex libris diſtincto, præmiſſis vnicuique titulo ſummarijs contexta. Per Reuer. Presbyterum Dominicum Zucchinettum à Suna, Verbani lacus, Nouarienſis Diœceſis.

Inſtructionibus Eccleſiaſticæ fabricæ, & ſupellectilis ſuis locis, pro materiæ, quæ in eis tractatur, ratione, diuerſo charactere adiunctis.

Sacroſanctique Tridentini Concilij decretis in margine opportunè citatis. Adiunctis in calce Conſtitutionibus Pontificijs, quarum in ipſis Concilijs mentio fit.

Indice quoque rerum, & materiarum omnium ipſis Synodis, & Inſtructionibus contentarum copioſiſſimo.

Tractatu, De cura Peſtilentiæ: inter decreta Concilij Quinti Prouincialis inſerto ſeparatim poſt ipſum Indicem collocato.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS,
Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem. MDXCV.

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum

REVER. ET ILLVST. D. D. CAROLO A BASILICA

Petri Epiſcopo Nouarienſi,

RIPARIAE LACVS S. IVLII;
Gaudianique Comiti: ac Soriſij domino.

Dominicus Zucchinettus presbyter
Nouarienſis.

INcredibiles planè ſunt labores, quod præſertim te non fugit Carole Præſul ampliſsime, quos Carolus ille Borrhomæus S.R.E. Cardinalis Mediolaniq; Archiepiſcopus in Eccleſiaſtica diſciplina promouenda, hominumque moribus, ad rectam officij Chriſtiani normam reuocandis, ſuſcepit. Sed haud ſcio, an illuſtriores per ſe, atque vniuerſæ prouinciæ vtiliores vlli fuerint, quàm quos in prouincialibus Synodis cogendis, earumque decretis conſcribendis poſuit. Nam quæ deinceps morum mutatio ſecuta eſt in Eccleſia, atque adeo prouincia Mediolanenſi, ab eo tempore, quo ille vir æter-

INDEX RERVM, ET MATERIARVM OMNIVM, HIS SEX CONSTITVTIONVM, ET DECRETORVM SYNODALIVM

Prouinciæ Mediolanenſis, & Inſtructionum Eccleſiaſticæ fabricæ, libris, contentarum.

A

ABbates oneribus eccleſiarũ ſibi commiſſarũ ſatiſfaciãt. Quæ pert ad hõnorũ &c. 41. p. 508. 509. Quando matrimoniorũ & criminũ cauſas cognoſcere poſſint. De foro ep. 9. p. 606.

Abbatibus, etiam mitræ iure utentibus, quando, & quibus tonſura, & minores ordines conferre non licet: & quibus Abbatibus id uetetur. De ſacr. ord. 33. p. 172.

Abbatiſſa, vide Præfecta.

Abacus, ſeu Menſa ad vſum Miſſæ Pontificalis, qualis, & qualem mappam, quotq; & qualia uaſa habeat, uide, ſorma Abaci &c.

Abortum procurantes, ab Epiſcopo abſoluendi. De confeſſario. 22. p. 145

Abſens ab officio diuæ Virginis, quid perdat. De diu. off. 25. p. 294.

Abſens ex licentia, rediens, quid faciat. De Reſid. 24. p. 589.

Abſentes à choro, ex quacumq; cauſa, quibus diſtributionibus priuentur: quoq; alio modo multentur. Vide canonici, & Diſtributiones. Eiſdẽ diſtributiones dari cõſentiẽtes canonici, ut plectãtur. De diſtribut. 25 405.

Abſentes ab officijs funeralibus, quid perdant: & qui pro abſentibus habendi. De funerib. 56. p. 527.

Abſentes ſtudiorum cauſa quid amittant. De deſtribut. 34. p. 407.

Abſentia Epiſcoporum à ſuis Eccleſijs, qua pœna plectenda. De Reſiden. 19 p. 387.

A quibus, & cui ſignificanda, & à quibus probanda. 2. 5. p. 386.

Abſentia Epiſcoporum à Concilio Prou. à Metropol. probanda, utq; punienda. De Conc. Pro. 7. 8 p. 163.

Abſentia canonicorum à quibus Epiſcopo deferẽda. De Reſid. 18. p. 589.

A diuinis officijs, quemadmodum notanda utq; mulctãda. De Punctat. & Diſtribut. Tres menſes excedens ut caſtiganda. De Punct. 45. p. 397

Abſentia canonicorũ qua ratione ſupputanda. De Punct. à num 33 ad 40. p. 396. 397.

Abſentia Manſionariorum, & aliorum miniſtrorum, qua etiã ratione ſupputanda, & plectenda ibidem à nu. 41. ad fi. p. 397

Abſentia parochorum ab ordinario impetranda. De Reſid. 6. p. 386.

Qua moderatione concedenda 19. A quibus Epiſcopo ſignificanda. 21. 23 p. 389.

Fructuum, beneficiorumque priuatione, & cenſuris plectenda. 6. 9. 10. p. 386. 387. & Quæ ad ord. ſacram. pert 96. 97. p. 186.

CONSTITVTIONVM, ET DECRETORVM

Synodalium Prouinciæ Mediolanenſis.

Liber Primus.

De Profeſsione fidei, & eius tuendæ cura.

SVMMARIVM.

1 *Paſtorum cura quibus in rebus potiſſimum verſetur.*
2 *Fidei profeſſionem beneficiati, quiq. Synodo intereſſe debent, emittãt.*
3 *Qui illam non emiſerint in proxima ſequenti Synodo, emittant.*
4 *Illi in certum librum à Cancellario Epiſcopali referendi.*
5 *Conſtitutio Pij IIII. de profeſſione Fidei facienda ab Epiſcopo publicanda.*
6 *Ludimagiſtri. Pedagogi. & Artes alias liberales docentes eandem fidem profiteantur; & infra quod tempus. Hiq; etiam in librum referendi.*
7 *Fidei profeſſionem impedientes, puniendi.*
8 *Parochorum cura in ijs, qui in ſua Parochia docent, inquirendis.*
9 *Parochi non patiantur id munus à quoquam ſuſcipi, exercerive qui eandem Fidei profeſſionem non emiſerint.*
10 *Arithmeticam. Muſicamq; & liberales alias artes profitentes.*
11 *Concionatores, etiam regulares.*
12 *Confeſſarij.*
13 *Medici. Chyrurgi.*
14 *Aduocati, & Procuratores cauſarum Sanctæ Inquiſitionis.*
— *Idẽ profiteantur.* (10–14)
15 *Canonici, dignitatemq; in Cathedrali Eccleſia obtinentes, ac Parochi, ſi in tempore non emiſerint, quid amittant.*

quibuſcunque tenoribus,& formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, uel in ſpecie, alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis,& innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores,ac ſi ad uerbum infererentur præſentibus,pro ſufficienter expreſſis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris,hac uice dumtaxat ſpecialiter,& expreſſe derogamus,cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Cęterum quia difficile foret præſentes noſtras ad ſingula quęque loca,ubi neceſſarium fuerit deferre, uolumus quòd illarum trāſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis,eadem prorſus fides in iudicio,& extra adhibeatur,quę præſentibus adhiberetur, ſi forēt exhibitę,uel oſtenſę. Dat.Romæ apud Sanctum Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die prima Ianuarij. M D LXXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Vndecimo.

Cæſ. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio,indictione undecima, die uero quarta Menſis Ianuarij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Gregorij diuina prouidentia Papę Decimitertij, Anno vndecimo,retroſcriptę litterę affixę,& publicatę fuerunt in acie campi Florę dimiſſa earum copia auſcultata, & collationata cum dictis literis in ualuis eiuſdem aciei affixę per me Ioannem Freile,curſ. S.D.N. Papæ.

Petrus Delbequez Magiſter Curſ.

ILluſtriſs. & Reueredíſs. in Chriſto Pater,& D. D. Carolus S. R. E. Cardinalis tit. S. Praxed. S. Eccl. Mediol. Archiepiſcopus,ubi primum hanc S.D.N. conſtitutionem accepit,ut omnibus ad quos ſpectat innoteſcat,primum Mediolani imprimi,tum Baſilicę Metropolitanę, ac ędium Archiepiſcopalium ualuis, alijsq; locis ſolitis publicè affigi, & ad Ruerendiſs. Dom. Epiſcopos comprouinciales mitti, omnibuſq; & ſingulis Monaſteriorum monialium conuentibus in hac Ciuitate,& Diœceſi Mediolanenſi conſiſtētibus, & illis ſuperioribus regularibus, hic aliquam eiuſmodi Monaſteriorum curam habentibus eorum ſingulis dimiſſo exemplo autentico, ſolito Archiepiſcopali ſigillo Sancti Ambroſij communito, intimari mandauit. In quorum omnium fidem,& atteſtationem,ego Cancell. Archiepiſcopalis infraſcriptus manu mea ſubſcripſi. Ex Cancellaria Archiepiſcopali die x. Februarij. M D LXXXIII.

M. Ant. Bellinus Cancell. Archiep.